



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina  
Evangelica De Meditatione mortis**

**Kispenning, Henricus**

**Antverpiæ, 1583**

Sententia iij. I. Ioan. II. Si quis peccauerit, Aduocatum habemus apud  
Patrem &c. lxxix.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](#)

SENTENTIA II. Hebreor. 9.  
Non manufacta Sancta Iesu introiuit exempla-  
nia verorum: sed in ipsum cælum, ut appareat  
nunc vultui Dei pro nobis.

## PARACLESIS.

**E**lu ergo amplectamur dilectionem, communicemus **CAPUT**  
E passionibus, lauenur in sanguine eius: ipsum offera- **LXXVIII.**  
mu Propitiationem pro peccatis nostris; quoniam ad Bernard. ser,  
incipit natus & datum est nobis. Ipsum oculis Patris, 3. super  
ipsum offeramus & suis, quia & Pater proprio filio suo Missus.  
non pepercit, sed pro nobis tradidit illum: & ipse Filius Esa. 1.  
sicut ipsum exinanivit formam serui accipies. Ipse tra- Rom. 8.  
didit in mortem animam suam, & cum sceleratis repu- Philip. 2.  
tatu est: & ipse peccata multorum tulit, & pro trans- Esa. 53.  
gressoribus rogauit ut non perirent. Non possunt perire,  
pro quibus Filius rogat, ne pereant: pro quibus Pater  
tradidit filium in mortem, ut vivant. Equaliter ergo  
in utroque speranda est venia, quibus aequalis est in  
patre misericordia: par in voluntate potentia: una in  
Deitate substacia: in qua unus cum eis Spiritus sanctus  
vivit & regnat Deus per omnia seculorum. Amen.

## SENTENTIA III. I. Ioannis 2.

Filioli mei, haec scribo vobis, ut non peccetis. Sed &  
si quis peccauerit, Aduocatum habemus apud Pa-  
tem, Iesum Christum iustum: & ipse est PRO-  
TITATIO pro peccatis nostris, non pro nostris  
autem tantum, sed etiam pro totius mundi.

## PARACLESIS.

**C**uius humana fragilitate peccauerit, non animum  
despondeat; speret veniam: non suas vires respiciens,  
Iesum abnegans, se totum effundat in Iesum Chri- **CAPUT**  
stum: qui **LXXIX.**  
Claud. Guil.  
in Cano.  
Ioan.

## 284 CONSOL. EX ASCENSIONE CHRISTI.

Rom. 8.  
2. Cor. 1.

stum: qui ad dexteram Dei patris sedens, noster est Patronus & aduocatus, Mediator & Reconciliator apud misericordiarum patrem. Tametsi propter iniustias nostras venia indignis simus, ille tamen iustus est, qui nobis veniam suo Sanguine meruit. Et hanc nobis imparit sua immensa misericordia, de immundis mundos faciens: Iob. xiiij. *Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? Nonne tu qui solus es? Et ipse est Propitiatio pro peccatis nostris: nam sua perlitatione Deum placatus et propitium reddidit. Qui nostrorum est praevarum facinorum expiator effectus: & operit multitudinem peccatorum, pro quibus satisfecit. Nec pro unius aut alterius: sed totius mundi peccatis Christus propitiatio est. Is enim est, in quo Patri complacitum est, uniuersam inhabitare Divinitatis plenitudinem: & per eum reconciliare cuncta erga se, pacificatis per sanguinem, sine qua in terra sunt, sine qua in celis.*

Coloss.

Vt Aegrotus ad D.N. Iesum Christum, propter nos incarnatum, mortuum & resuscitatum atque supra celos exaltatum, faciem conuertat, dulcissima D. Augustini Admonitio.

CAPUT

LXXX.

Efa. 38.

August. de

Vista. infir.

lib. 2. cap. 1.

Baruch. 3.

Genes. 32

mea.

Huius

Incarnationis

desiderio

flagrabant

omnes

**A** Grotauit Ezechias usque ad mortem: & conuertit faciem suam cum lachrymis ad parietem. Paries, Christi humanitas est: Divinitas ipsius videlicet ad nullum deflexa vel deflectenda peccatum, sub carnem oblate latebat. Nam & in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Ad hunc reuera parietem Ezechias, sub mortis articulo, quem ei Propheta per Spiritum S. predixerat, faciem conuertit, & ita conualuit. Hac ualitudinis expectatione Jacob patriarcha, ita tripidat: Vidi Dominum facie ad faciem: & salua facta est anima sancti: